

obligatione fidelitatis, ad quam per iuramentum se obstrinxerant, accedit, quod omninò transeunter & leviter communicetur creditori per hoc, quod ei solvatur debitum. Et in can. quoniam multos 103. *Caus. XI. Q. 3.* inquit Greg. VII. *Si quis excommunicatis non in sustentationem superbia, sed humanitatis causa dare aliquid voluerit, non prohibemus.* Multò minùs censerì debet esse prohibitum excommunicato ex iustitia debitum solvere, per se loquendo: quod addo: quia si debitor verisimiliter iudicaret excommunicatum à contumaciâ recessurum, si aliquamdiu fieret solutionis dilatio, non tantum posset, sed etiam deberet ex charitate solutionem differre.

Si dicas: Excommunicatus non auditur, si in iudicio debitum petat, ergo neque illud eidem solvendum est.

⁂. *Negando consequentiam:* non enim tollitur obligatio in foro conscientia, per hoc quod in foro externo denegetur actio.

DISPUTATIO XXX.

De contractibus.

Contractus dicitur à contrahendo, eò quod simultaneâ voluntatum consensione suscipiatur obligatio vel ex parte unius vel ex parte utriusque, qui solus strictè contractus appellatur, ad quem velut genus se habet pactum à pactione dictum ex L. 1. ff. de pact. lib. 2. tit. 14. in qua ità definitur: *duorum pluriumve in idem placitum consensus.* De strictè sumpto contractu sic.

* *

QUAE

Quid & quotuplex sit contractus?

DICO. *Voluntaria commutationes dicuntur, quando aliquis voluntariè transfert rem suam in alterum... in tantum autem ad justitiam voluntaria translatio pertinet, in quantum est ibi aliquid de ratione debiti: quod quidem contingit multipliciter. S. Th. hic Q. 61. A. 3. O. Sive modus, quo propriâ voluntate homo homini obligatur onerosè est contractus variè divisus prout tam latè quam strictè sumitur.*

Prima Pars probatur: ex ipsâ contractus stricti definitione: legitima duorum vel plurium conventio ultrò utroque obligatoria; dicitur legitima: quia voluntas contrahentium, ut inducat obligationem, debet esse conformis legibus, quæ possunt juxtà alibi dicta irritare voluntatem contrahentium. Additur: ultrò citroque obligatoria: per quas particulas differt contractus tum à pollicitatione sive simplici & nondum acceptatâ promissione, tum à pactis ex una tantum parte obligantibus: cum contractus utrique parti imponat obligationem, unde definitur in L. labeo 19. ff. de V. S. lib. 50. tit. 16. ultrò citroque obligatio: intellige causaliter, quia contractus non est formalis obligatio, sed est causa obligationis.

Secunda Pars probatur: inductione 1. contractus alius explicitus: qui expressâ contrahentium conventionione perficitur, alius tacitus, qui ipsâ lege inducitur, propter assumptionem alicujus officii v. g. qui assumit officium Judicis, Tutoris &c. est obligatus ad officium debitè exercendum. 2. Alius lucrativus in quo nihil rependitur: ut donatio. Alius onerosus (qui tantum strictè contractus est) in quo ex parte utriusque contrahentis reciprocum onus imponitur: ut mutuum, locatio &c. 3. Alius con-

contractus est *bonae fidei*, in quo Judex potest multa arbitrari ex æquo & bono, ut emptio, locatio, conductio, qui enumerantur §. 28 instit. de act. lib. 4. tit. 6. Alius *stricti juris*, in quo Judex allegatur ad verba contrahentium: ut liberalis promissio, donatio &c. 4. Alius contractus *nominatus*, qui proprium & specificum nomen in jure sortitur: ut emptio &c. Alius *innominatus*, qui caret nomine determinato: cujusmodi quatuor recensentur: do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias. 5. Alius vocatur *pactum nudum*, quod simplici pactioe constituitur absque juris civilis confirmatione, ratione cujus possit agi in judicio. Alius dicitur *pactum vestitum* vel jure confirmatum, quod tribuit actionem in judicio. Pactum autem vel contractus vestitur his modis: si contractus nomen specificum sortiatur. Vel si accedat stipulatio, quæ est, quando unus contrahentium interrogat de obligatione, & alter respondet v.g. fidejubes? fidejubeo. sed sublatâ hâc juris subtilitate moribus hodiernis pacta nuda vestiuntur, si fiant coram Notario & testibus, qui Notarius stipulationes in scriptum redigat. imò secundum jus Canonicum videtur veriùs, quod ex quolibet pacto nudo sive promissione acceptatâ oriatur actio: quia ità videtur desuani ex cap. 1. & 3. de pact. lib. 1. tit. 35. modo adjectâ causâ paciscens se intenderit ex justitia obligare. Vestitur prætereà juramento, privilegio juris, quomodo vestitur promissio acceptata de dote tradenda. 6. Denique contractus ex parte modi quo perficitur alius est *realis*, qui perficitur re: id est: traditione, ante quam contractus non censetur perfectus ut mutuum. Alius perficitur Scriptura, ante quam contractus non est ratus. Exemplum dari solet emphyteusis: Alius est *verbalis*; qui

qui perficitur certa verborum formula. *Alius consensualis*, qui solo consensu reciproco signis externis sufficienter expresso perficitur.

Q. Quotuplex ex contractu valido, nec per leges positivas irritato oriatur obligatio?

R. Duplex ex valido contractu oritur obligatio *naturalis*: nempe in conscientia, qua uterque ad rem in contractum deductam præstandam est obligatus: cum in hanc obligationem uterque consentiat; deinde obligatio *civilis* sive fit obligatus obnoxius actioni, qua alter in iudicio agere possit, ut id quod in contractum deductum est, præstetur. Quod si contractus de jure naturæ validus per leges positivas sit irritatus, non parit obligationem: quia juxta tradita **1.2. Disput. XX. Quæst. 1.** Certum est legem civilem & Ecclesiasticam posse ob bonum publicum contractibus & aliis actibus certas apponere condiciones vel solemnitates: v.g. ut certo loco, ætate, forma verborum, numero testium instituantur, ita ut si absque hujusmodi solemnitate & conditione fiant, sint omninò nulli & nequidem in conscientia obligent; ut constat ex contractu matrimonii ob defectum testium aut Parochi à Concilio Trid. irritato, non tantum pro foro externo, sed etiam interno, sicut & alii contractus. Utrum verò irritatio contractus sit etiam pro foro interno, ut non pariat ullam prorsus obligationem, nequidem naturalem, ac proinde jus nullum contrahentibus acquiratur. Vel tantum pro foro externo, ut manente obligatione in conscientia non detur actio sive jus exigendi illud, quod in contractum deductum est. in iudicio, desumi debet ex verbis legum, an sint prohibitiva tantum, ne audiatur petens rem in iudicio, vel simpliciter irritativa actûs sive contractûs, aut tantum contractum
pro-

prohibeant : quia saltem de jure Canonico prohibiti contractus valent nisi sint irritati , sicut enim jure naturali multi contractus illiciti valent v.g. contractus matrimonii post contracta cum alia sponsalia vel emissum votum , ita etiam jure Canonico *multa fieri prohibentur , quae si facta fuerint , obtinent roboris firmitatem* cap. ad Apostolicam 16. de Regul. lib. 3. tit. 31. nihilominus contractus à jure civili prohibiti etiam videntur esse irriti ex L. non dubium §. C. de LL. lib. 1. tit. 14. *Nullum pactum , nullam conventionem , nullum contractum inter eos videri volumus subsequutum , qui contrahunt lege contrahere prohibente item ibidem ea , quae lege fieri prohibentur , si fuerint facta , non solum inutilia , sed pro infectis etiam habeantur : licet Legislator fieri prohibuerit tantum ; nec specialiter dixerit , inutile esse debere quod factum est , sed etsi quid fuerit subsequutum ex eo , vel ob id , quod interdicante lege factum est , illud quoque cassum atque inutile esse precipimus.* Cæterum siue civilis siue Canonica lex contractum irritet siue expressè siue tacitè , apponendo formam contractui substantialem : licet de jure naturæ non requiratur , contractus est irritus etiam in foro conscientiae : quia lex justa habet effectum non tantum in foro externo sed etiam interno , nisi falsa præsumptione nitatur ; sed lex aliquem actum sine certa solemnitate factum nullum esse declarans est justa , ut supponitur , nec fundatur in falsa præsumptione ; ergo. *Adde* , quod jura , cum absolutè loquuntur , sint absolutè intelligenda , nisi aliunde supponatur restrictio , sed jura , ut supponitur , absolutè declarant tales contractus esse nullos ; ergo.

Dices : de jure naturæ ad obligationem sufficit , quod personæ ad contrahendum habiles dent mutuum consensum ; ergo nisi jura expriment , quod

nolint subsistere contractum in foro interno, sunt intelligenda, quod solum irritent contractum quoad forum externum. Maxime quando leges requirentes certas solemnitates ad contractum fundantur in præsumptione fraudis, cum enim tunc cesset motivum legis fraude non interveniente, contractus absque solemnitatibus initi in foro conscientiae erunt validi.

R. Sufficiens esse expressionem & declarationem juris, quod actus absque solemnitate factus sit nullus, dum solemnitas ad substantiam actus requiritur, & licet tales leges fundentur in præsumptione fraudis, hæc tamen est præsumptio fraudis in generali & non est præsumptio fraudis in particulari vid. quod hic & nunc fraus interveniat, hinc actus factus absque solemnitate etiam fraude non interveniente est nullus ex *R.* generali quod cessante motivo legis in particulari, manente tamen in communi, non cesset obligatio legis,

Q U Æ S T I O II.

*De Personis capacibus & consensu ad contractum
requisito.*

Inhabilitas contrahendi alia est ex natura alia ex dispositione legum ex natura sua ad contrahendum inhabiles sunt illi, in quibus aliquis naturalis defectus impedit sufficientem consentum, quales sunt infantes amentes ebrii &c. quamdiu sunt in tali dispositione.

DICO I. Ex quo homo venit ad annos pubertatis si sit libera conditionis est sue potestatis, quantum ad ea, quae pertinent ad suam personam... non autem est sue potestatis quantum ad dispensationem domesticam. *S. Th.* hic Q. 88. A. 8. ad 2.

Prima Pars probatur: puberes possunt contrahendo

do suam personam aliis obligare per sponsalia de futuro & matrimonium, ut ostendetur in suppl. ergò ad tales contractus sunt habiles.

Secunda Pars explicatur & probatur: qui ex dispositione legum non habent liberam rerum suarum administrationem, non possunt cum aliis super bonis contrahere; sed non tantum impuberes sed etiam minores non habent liberam rerum suarum administrationem, sed per leges positivas limitatam ut non nisi auctoritate tutorum vel curatorum aut etiam Judicis possint obligari; hinc ex jure positivo imprimis pupillus infantiae proximus nullum contractum valide celebrat absque auctoritate tutoris, eò quod infans & infantiae proximus non multum à furioso distet, juxta §. 10. instit. de inutil. stipulat. lib. 3. tit. 30. Dixi pupillus infantiae proximus, quia tempus intercedens inter annum septimum ætatis, quo completur infantia, & annum decimum quartum in maribus & duodecimum in foemellis, quo completur pubertas, dividitur à jure in duas partes, in quarum prima in maribus infra decimum in foemellis verò infra nonum ætatis annum pupilli dicuntur infantiae proximi, in altera autem parte in maribus supra decimum in foemellis verò supra nonum pupilli dicuntur pubertati proximi.

2. Pupillus pubertati proximus sine auctoritate tutoris potest inire contractum claudicantem: sive ex una parte solum obligantem, ità ut ipse pupillus reciprocè saltem civiliter non obligetur. Probatur ex §. 1. instit. de Author. Tut. lib. 1. tit. 14, ubi dicitur: *placuit meliorem quidem suam conditionem licere eis facere etiam sine tutoris auctoritate, deteriorem verò non aliter quam auctoritate tutoris.*

3. Pupillus sine auctoritate tutoris contrahens,

si ex contractu non sit factus locupletior, nequidem potest obligari naturaliter, videtur contra plures tam Theologos quam Juristas dicendum conformius §. 2. instit. quibus alienare licet lib. 2. tit. 8. Ubi declaratur, quod in mutuo à pupillo absque autoritate tutoris dato, non sit translatum dominium in mutuatarium; atqui si naturaliter obligaretur, esset translatum; ergo. *Ratio est*: quia lex justa absolutè irritans contractum, etiam irritat in foro conscientie, nisi significet se irritationem restringere ad forum externum, atqui leges illimitatè & absque restrictione irritant contractum pupilli, ergo etiam in foro conscientie, adeoque non relinquunt locum obligationi naturali ex parte pupilli contrahentis. *Dixi*: si non sit factus locupletior: quia tunc tenetur ratione rei acceptæ adhuc in se vel in æquivalenti existentis.

Dices 1. Fidejussor accedens contractui à pupillo sine autoritate tutoris inito civiliter obligatur per L. 42. ff. de jurejur. lib. 12. tit. 2. ergo pupillus saltem naturaliter obligatur: quia principali nullo modo obligato fidejussor etiam non obligatur per L. 46. ff. de fidejuss. & mand. lib. 46. tit. 1.

R. Quod fidejussor tunc non obligetur tanquam in defectum pupilli, sed tanquam principalis: quia accedens contractui istius, qui nullo modo obligari poterat, se fecit principalem.

Dices 2. Hæres pupilli ex contractu per pupillum inito obligatur arg. L. 95. §. 2. ff. de solut. lib. 46. tit. 3. Ergo.

R. Beneficium personale quo pupilli solvuntur ab obligatione, ad hæres non transit, nec à persona pupilli exit, ad alias leges, quæ objici possunt, dicitur: illas loqui vel de pupillo, qui est factus locupletior, vel de pupillo, qui non habet tutorem.

Porro

Porro, quæ
proportionem
torem.

4. Pube
quinque at
naturaliter,
stitutionem

2. Quod
ge de boni
si haberet.

& pretiosi
ritur, et

C. de admi
prædiis & al
decr. opus n

in immobili
est, licet m
qui 3. lib.

stat. impetr
Q. 1. Q
prodigi?

R. Prodig
qui ipsorum b
autoritate cu

us pariat obli
to ex parte alt
contractus

lib. 45. tit. 1
inter dictum e
non potest,

non prodigo
prodigo in
quibus cum

etiam ante da
cum prodigo

Porro, quæ dicta sunt de pupillo habente tutorem, proportionaliter applicanda sunt minori habenti curatorem.

4. Pubes non habens curatorem etsi minor viginti quinque annis ex contractu obligatur & civiliter & naturaliter, læsus tamen potest petere in integrum restitutionem L. 3. C. J. G. de in integ. restit. lib. 2. tit. 22. Quod tamen quoad alienationes faciendas intellige de bonis mobilibus, & quæ cum consensu curatoris, si haberet, alienare posset, non autem de immobilibus & pretiosis mobilibus, ad quæ decretum Judicis requiritur, etsi curatorem minor habeat. L. lex quæ 22. C. de adminis. tut. lib. 5. t. 37. L. si minor 15. C. de prædijs & al. reb. min. lib. 5. tit. 71. L. fin. C. quand. decr. opus non est. lib. 5. tit. 72. Quo decreto etiam in immobilibus & pretiosis mobilibus alienandis opus est, licet minorennis veniam ætatis obtinuerit L. eos qui 3. lib. 2. tit. 45. Cod. de his, qui ven. ætat. impetr.

Q. 1. Qualiter ad contrahendum inhabiles sunt prodigi?

R. Prodigii, quibus à Magistratu datus est curator, qui ipsorum bona administrat, nullum contractum sine autoritate curatoris celebrare possunt ut ex parte ipsius pariat obligationem vel naturalem vel civilem, quamvis ex parte alterius, quocum contraxit, obligatio nasci & ita contractus claudicans iniri possit. Probatur ex L. 6. lib. 45. tit. 1. ff. de V. O. ubi dicitur: *is, cui bonis interdictum est stipulando sibi acquirit, tradere vero non potest, vel promittendo obligari.* Antequam tamen prodigo datus sit à Magistratu curator, contractus à prodigo initus validus est in utroque foro, si tamen aliquis cum aliquo notoriè prodigo contraheret etiam ante datum curatorem, posset adhuc per Judicem prodigo succurri; eò quod sic contrahens censea-

tur egisse fraude & dolo, in cuius poenam potest per
Judicem prodigo succurri.

Q. 2. Quinam redduntur inhabiles ad contrahen-
dum cum certis personis?

R. Tutor prohibetur contrahere cum pupillo L. cum
ipse C. de contrah. empt. lib. 4. tit. 38. Judex in suo
territorio L. 1. C. de contract. Jud. lib. 1. tit. 58. Ad-
vocatus lite durante cum suis Clientibus L. quisquis §. 2.
C. de postul. lib. 2. tit. 6. Medicus cum infirmo du-
rante infirmitate L. si medicus ff. de var. & extraord.
cognit. lib. 50. tit. 13. Attendendum tamen est ad
consuetudinem, quæ has leges plurimum immuta-
vit.

Pro secunda parte Quæstionis resolvendâ.

Nota: Triplex potest in contractu consensus vel
intentio intervenire. Prima est intentio contrahendi vel
faciendi id, quod communiter contrahentes facere
solent, sive sciatur, quod ex contractu obligatio oria-
tur, sive illud non sciatur. Secunda est consensus sive
intentio implendi contractum vel voluntas faciendi id,
ad quod contractus obligat. Tertia intentio se alteri
obligandi ex justitiâ, quo notato.

DICO 2. in quolibet contractu oportet esse expres-
sionem verborum, quibus se invicem homines obligent
S. Th. in suppl. Q. 45. A. 2. in arg. sed
contra 2.

Explicatur & probatur Conclusio ad quælibet con-
tractum requiritur verus consensus internus & exterius
expressus: tum quia contractus est plurium voluntatum
conventio in idem: tum quia obligatio contractus ex
solâ voluntate contrahentium descendit: quia quod est
nostrum, non potest sine voluntate nostra ad alium
per nos transferri, & sicut naturalis est homini liber-
tas, ita eandem sola voluntate amittere potest, om-
nis enim res per quascunque causas nascitur, per ean-
dem

dem & dissolvitur, ergo sicut ad acquirendum domi-
nium vel jus, non sufficit solus actus externus, quo
ostendo me velle jus acquirere, si sit contraria volun-
tas non acquirendi, sic non possum jus in alium trans-
ferre, si habeam voluntatem contrariam, ergo ubi
non est consensus voluntatis in obligationem non po-
test esse verum pactum vel contractus, sed simulatum
& fictum; consequenter requiritur consensus inter-
nus.

Nec obest 1. Quod alter contrahentium deceptus
non teneatur credere, nequidem in foro conscientiae
nam sicut in foro externo non habetur fides alleganti
turpitudinem suam & asserenti fictè se contraxisse, prop-
ter praesumptionem contrariam resultantem ex verbis
externis verum consensum internum significantibus, sic
etiam in foro conscientiae propter praesumptionem
eandem, quamdiu haec sufficientibus argumentis con-
trariis non eliditur, non est habenda fides alteri contra-
hentium neganti se animo contraxisse.

Nec obest 2. Quod fictè contrahens obligetur con-
sensum renovare, ideoque videatur saltem aliqua obli-
gatio orta ex contractu ficto; quia haec obligatio non
oritur vi contractus, sed vi deceptionis, injuriae & in-
commodi alteri sincerè contrahenti illato, quod aliter
reparari non potest, nisi ponendo verum consensum.
Non tamen est necessarium, ut hic consensus expressè
feratur in obligationem, modo seriò proferat verba
obligationem significantia, tunc enim hoc ipso obliga-
tur: quia qui vult causam, vult implicitè effectum,
qui ex illà necessariò sequitur, ex contractu autem se-
quitur obligatio; ergo qui vult explicite contrahere,
vult implicitè se obligare; quod etiam intelligendum
est, etsi contrahens nesciverit annexam esse obligatio-
nem contractui; dummodo sincerè voluerit facere v. g.
promissionem, qualem alii facere solent; tunc enim

eo ipso voluit implicite totum, quod est de ratione illius veræ promissionis, quam veraciter intendit, nisi habuerit voluntatem contrariam. Neque requiritur intentio satisfaciendi obligationi, ut obligetur: quia obligatio contractus oritur ex liberâ voluntate se alteri obligandi absque intentione implendi contractum, imò cum intentione contrariâ non implendi contractum; sic animo retinens concubinam validè contrahit matrimonium. Sed debet uterque verum consensum internum expressisse, isque debet in contractibus onerosis vicissim esse acceptatus: quia contractus debet fieri humano modo, cum autem unus homo alterius consensum internum scire non possit, debet exterius exprimi utriusque contrahentis consensus, & quidem practicè, unde non sufficiunt quæcunque verba, aut signa, quæ consensum internum qualitercunque expriment, sed debent esse talia, quibus contrahentes practicè sibi invicem consensum & voluntatem se actu obligandi indicent, unde ad matrimonium contrahendum coram Parocho & testibus videtur insufficientis hæc expressio: venio ad videndam meam conjugem: alterâ respondente: ille est meus conjux. Denique debent voluntates utriusque conjugi in unum, ut unus ab altero jus activum recipiat, quod acceptare debet, quæ acceptatio cum fieri debeat humano modo, exterius percipi debet à singulis. *Dixi*: in contractibus onerosis: quia in contractibus gratuitis v.g. donatione, liberali promissione non requiritur ad valorem & perfectionem contractus, quod acceptatio donatarii vel promissarii innotescat donanti vel promittenti. *Ratio disparitatis est*: quia in illis donans vel promittens non acquirit jus aliquod contra donatarium ut in onerosis, ergo eo ipso, quod donatarius exterius acceptet donationem factam, antequam hæc acceptatio innotescat donanti vel promittenti, contractus est perfectus.

QUÆS

De Jur

Contra
C firmi
ris conditio
queri,

Nota

contestat
rum, ad
jiciatur con
non operat
obligationi
gationem re
adeo ut po
violari non
naturam con
obligatio jur
justitiae ex ce
ob quam con
ra sunt diffe
ia in his con
tractus juram
quod juramet
tate superade
tate turpitud
deberet, de
questio igiur
sufficio serva
tatis, qui p
Nota 2.
tuo, quod
torem civile

QUÆSTIO II.

De Juratis, conditionatis & coactis contractibus.

Contractui accidere & adjungi potest ad majorem firmitatem juramentum, ad suspensionem valoris conditio, potest etiam consensus vi vel metu extorqueri.

§. I.

De contractibus Juratis.

Nota 1. Juramentum promissorium, sive quo quis contestatur invocato nomine divino se contractui statutum, adjici potest infirmo vel firmo contractui; si adjiciatur contractui ex naturâ suâ firmo v. g. sponsalibus, non operatur juramentum alium effectum, quam quod obligationi justitiæ ortæ ex contractu superaddat obligationem religionis ortam ex invocatione Dei in testem adeo ut post juramentum contractus sine sacrilegio violari non possit, & tunc dicitur juramentum sequi naturam contractus, sive quod eo usque se extendat obligatio juramenti, quousque se extendit obligatio justitiæ ex contractu; undè si emergat aliqua causa, ob quam contractus non juratus v. g. sponsalia non jurata sunt dissolubilia, etiam solubilia erunt jurata, & ita in his contractibus axioma illud juristarum: contractus juramento firmanur: plus non importat, quam quod juramentum obligationi justitiæ alias ex contractu ortæ superaddat obligationem religionis, ut si quem fortè turpitudine injustitiæ à violatione contractus non deterret, deterreat saltem gravitas & pœna perjurii; Quæstio igitur in præsentî procedit de juramento promissorio servandi contractum appposito contractibus infirmis, qui propriè dicuntur firmari juramento.

Nota 2. Contractus, quibus jura non assistunt, vel ex eo, quod leges irritent contractum quoad obligationem civilem relictâ obligatione naturali, vel ex eo

quod illos irritent etiam quoad obligationem naturalem, dicuntur infirmi, qui dupliciter robur accipere possunt ex Juramento. 1mo Si leges contractum alias irritum propter reverentiam Juramenti, si illud contractui alias invalido adjiciatur, declarent validum. 2do Si adjecto juramento quidem nulla obligatio ex justitiâ oriatur; cum contractus sit & maneat nullus, resultet tamen obligatio religionis ratione juramenti obligantis ad implendum. Undè

Nota 3. Has duas rationes esse disparatas: valere juramentum & juramentum firmare contractum, licet enim quandocumque contractus juramento firmatur, valeat & contractus & juramentum, non tamen quandocumque valet juramentum, valet contractus, vel contractus firmatur juramento; valet enim juramentum, quotiescunque illud sine peccato impleri potest, & est obligatio religionis propter honorem divini nominis servandi contractum, etiam si nulla accedat obligatio justitiæ, nec alteri contrahenti Jus sit questum; juramentum autem firmat contractum, quando vi juramenti resultat obligatio, non tamen ex religione solum, sed etiam ex justitiâ obligans jurantem ad standum contractui, & alteri parti acquiritur Jus quod absque juramento non contigisset. Quare

Nota 4. Quod juramentum confirmatorium contractûs infirmi plures habeat effectus, quos non habet juramentum, quod tantum valet, sed non firmat contractum, cui apponitur, quorum 1mus Est: quod ex juramento confirmatorio duplex oriatur obligatio: una erga Deum ex virtute religionis, altera erga alterum contrahentem ex virtute justitiæ. 2dus: quod juramento confirmatorio contractûs relaxato ab alio, quam creditore, maneat obligatio justitiæ. 3tius: Quod juramentum confirmatorium sit irrevocabiliter servandum, ita ut non liceat repetere id, quod solu-

rum

tum est ex contractu confirmato. 4tus: Quod pariat actionem in iudicio. 5tus: Quod ordinariè relaxari nequeat, quia relaxatio est in præjudicium tertii, cui per iuramentum est Jus quæsitum. 6tus: Quod obligatio iuramenti confirmatorii transeat ad hæredes.

DICO: *Illicite jurat, qui illicite promittit... iuramentum aliquid operatur, non novam obligationem faciens, sed factam confirmans.* S. Th. in suppl. Q. 46. a. 1. ad 1. & 3.

1ma Pars Conclusionis probatur: Contractus qui versantur circa materiam & objectum illicitum, non possunt adjecto iuramento obligare: cum iuramentum non sit vinculum iniquitatis, proindè cum nec iuramentum possit valere de re illicita, hoc quoque invalidum est; si tamen contractus etiam lege naturæ sit irritus, impletio tamen rei in contractum deductæ non sit illicita, est quidem obligatio ex religione implendi contractum, potest tamen peti relaxatio iuramenti; sic si quis juret se non revocaturum suum testamentum, non potest quidem absque perjurio revocare, illud tamen non firmatur iuramento: quia ultima voluntas ex natura suâ usque ad mortem testatoris est revocabilis; iterum si contractus irritus sit illicitus & injustus, non quidem ex parte jurantis, sed ex parte personæ cui juratur: v. g. ob dolum, ob metum injustè incussum, extortas usuras &c. standum est contractui, cum iuramentum sit validum ideoque ex religione servandum, si à superiore non relaxetur; cum sit de re, quæ potest fieri absque peccato, iuramentum tamen contractum non firmat patet ex cap. debitores 6. cap. cum contingat 28. de jurejurando. Et *Ratio est:* quia in his casibus iuramentum tantum obligat ob reverentiam divini nominis adducti in testem, ad faciendum verum quod est juratum, nullum autem Jus acquiritur recipienti tale iuramentum idque in odium ipsius, ne ex ini-

iniquitate commodum reportet; Demum quando Jus positivum non tantum contractum sed etiam juramentum adjectum irritat tunc nullo modo firmatur contractus sic Trid. sess. 25. de regul. cap. 16. irritam reddit renunciationem etiam juratam Novitii absque certis solemnitatibus bonis suis renuntiantis. *Ratio est*; quia juramentum non firmat contractum ex natura juramenti quod solum obligat ad faciendam veram rem juratam ut patet ex juramento adjecto contractibus per injuriam vel metum extortis, sed id provenit ex jure positivo talem vim confirmandi juramento tribuente, ergo si Jus nolit contractum juramento firmari, contractui appositum eundem non confirmat.

2da Pars probatur: Firmior est obligatio, quæ est non tantum ex motivo justitiæ, ut alteri tribuatur debitum, sed etiam ex motivo religionis, ut verificetur illud, quod invocato Deo in testem esse à se verificandum contrahens asseveravit & promisit; atqui ex hoc motivo obligationi suæ tenetur satisfacere contrahens, si contractui addat Juramentum; ergo Juramentum non quidem addit novam obligationem hoc sensu quod ad plus obligetur, quam secluso Juramento, sed quod præexistens obligatio fiat firmior; verum an contractus invalidus ita firmetur Juramento, ut obtineat valorem ac vim obligandi ex justitiâ, quæ secluso Juramento carebat, controversitur, aliqui sustinent omnes contractus ex Jure positivo irritatos principaliter in favorem privatorum accedente Juramento sponte præstito obligare ex justitiâ, moventur quia Jura aliquos contractus & pacta aliàs irrita validantia hanc exprimunt generalem rationem. *Cum in alterius præjudicium non redundent, nec observata vergant in dispendium salutis æternæ cap. cum contingat 28. de Jurejur. lib. 2. tit. 24. similibus verbis utitur cap. quamvis 2. de pact. in 6. lib. 1. tit. 18. & cap. licet mulieres*

lieres 2. de
marum pe
pellendos
lieres, quæ
nationum
neat hæc ra
vatum prin
modum Ju
tractus ve
rem debit
aliquid pr
lius relig
præstanda
proinde ad
possit. Et
Alii verò nu
firmari Jur
accedente J
quia Jura de
verbo: non
contractum
sit irritus, a
boni commu
gat, ut poss
solummodo
get ad verifca
Juramentum
Denique r
Contractus i
unt irriti,
vo externo
a motivo r
mentum no
tractus relig
Dni invocati

lieres 2. de Jurejur. in 6. lib. 2. tit. 11. dicitur : ut ani-
 marum periculis obvietur iudices sæculares esse com-
 pellendos per censuram Ecclesiasticam ne audiant mu-
 lieres , quæ volunt juratis alienationibus dotium & do-
 nationum propter nuptias contravenire , ergo cum te-
 neat hæc ratio in omnibus contractibus ob favorem pri-
 vatum principaliter irritatis , ne temerè Jurent ac post-
 modum Juramento contraveniant , omnes similes con-
 tractus verè firmantur , modo sint principaliter in favo-
 rem debitoris & non in odium creditoris , vel ejus , cui
 aliquid præstandum esset , irritati , quo casu ex motivo so-
 lius religionis res in contractum irritum deducta est
 præstanda , ità ut nullum Jus accipienti acquiratur , ac
 proinde ad restitutionem accepti obligetur & compelli
 possit. Et hæc sententia videtur esse communior.
 Alii verò nullum omninò contractum invalidum volunt
 firmari Juramento , sed tantum validos rescindibiles
 accedente Juramento rescindi non posse , moventur :
 quia Jura de contractibus Juratis loquentia , utuntur
 verbo : non contraveniendi aut simili , quod supponit,
 contractum fuisse validum , quod si verò contractus
 sit irritus , attamen nec in præjudicium alterius , aut
 boni communis , nec in dispendium salutis æternæ ver-
 gat , ut possit sine peccato materia contractûs poni,
 solummodo Juramentum ex motivo religionis obli-
 get ad verificandum promissum , nisi & contractus &
 Juramentum sit irritatum.

Denique media sententia videtur probabilior : quod
 Contractus in Jure expressi , qui secluso Juramento
 sunt irriti , per Juramentum firmentur ità , ut & in
 foro externo & in foro interno ex justitiâ & non tantum
 ex motivo religionis obligent , *Ratio est* : quia Jura-
 mentum non firmat contractum ex naturâ suâ , cum
 sit actus religionis ex quo sola obligatio in reverentiam
 Dei invocati oritur , non verò alteri Jus tribuitur ,
 quod

quod leges & Canones eidem negant; ergò tantum firmat contractum ex dispositione Juris, quod corrigit aliud Jus absolutè irritans contractum; cum verò correctio jurium sit odiosa, hinc strictè interpretanda est, nec ad casus non expressos aut sub latà verborum significatione comprehensos extendenda. Unde sequentes in Jure expressi contractus propriè firmanur Juramento.

1. Alienationes minorum sed puberum ità ut easdem rescindere aut restitutionis beneficium petere non valeant Auth. Sacramenta puberum C. si adversus vendit lib. 2. tit. 28.
2. Alienationes dotium vel donationum propter nuptias, si accedat Juramentum non vi nec dolo præstitum cap. cum contingat 28. de jurejur. lib. 2. tit. 24. & cap. licet mulieres 2. eod. tit. in 6. lib. 2. tit. 11. quod ex cap. ex rescripto 9. eod. tit. de fidejussione mulieris, quæ aliàs per senatusconsultum vellejanum est irritata, si eidem accedat Juramentum, dicendum est.
3. Renuntiatio hæreditatis Paternæ à Filiâ Patri facta firmatur Juramento in cap. quamvis 2. de pact. in 6. lib. 1. tit. 18. in quo Bonifacius VIII. *Quamvis pactum Patri factum à Filiâ dum nuptui tradebatur, ut dote contenta nullum ad bona Paterna regressum haberet: improbet lex civilis: si tamen Juramento non vi nec dolo præstito firmatum fuerit, ab eadem omninò servari debet.* Reliqui verò contractus, qui expressi in jure non sunt & ab authoribus passim allegantur, non aliam à juramento accipere videntur firmitatem nisi religionis, ut in conscientiâ ob reverentiam divini nominis teneantur implere promittentes, non verò propter Jus alteri quaesitum.

Q. An aliquando contractus celebratus contra contractum præcedenti juramento firmatum sit validus?

R. Affirmativè: quia contractum Sacrilegè celebrati stat cum valore contractus, sed juramentum priori

con-

contractu
tum Sacri
celebretur;
obligationi
Sacrilegè ce
ta contracti
invalide co
tum juram
eum validè
requirunt
tam poste
confirmat
dens juram
mento. 2
prior contra
posterior in
ant valore
tes Deo per
missa non p
uens promi
sioni dari
Dices. Si
si cum hac de
contrabat; et
Negat
fenti non ob
fieri quiden
tam; quia
præcedentis
his contract
que sine inj
compleri,

Nata 1.

contractui adjectum facit sequentem contractum tantum Sacrilegè celebrari, non autem facit, ut invalidè celebretur; cum obligatio religionis non obstet fortiori obligationi justitiæ; sic qui vovit castitatem validè sed Sacrilegè contrahit matrimonium, qui sponsalia jurata contrahit cum hâc, injustè & Sacrilegè, non tamen invalidè contrahit matrimonium cum aliâ; qui Titio cum juramento alteri non vendendi vendidit equum, eum validè etsi Sacrilegè venditum tradit Paulo &c. requiruntur tamen ad hoc duæ conditiones ut juramentum posteriorem contractum contra prius juramentum confirmet: 1. Ut posterior contractus contra præcedens juramentum sit per se validus enim absque juramento. 2. Ut posterior sit alterius rationis, quam prior contractus juratus, si enim sit ejusdem rationis, posterior invalidus efficitur, sic sponsalia jurata impediunt valorem sequentium sponsalium etiam juratorum, res Deo per votum vel homini per juramentum promissa non potest alteri validè promitti, eo quod sequens promissio sine peccato & injuriâ promissarii executioni dari nequit.

Dices. Sponsus æquè facit injuriam Sponsæ priori, si cum hâc de præsentibus quam si de futuro matrimonium contrahat; ergo in utroque casu contractus est invalidus.

R. Negando consequentiam: quia quando de præsentibus non obstantibus cum aliâ sponsalibus contrahit, infert quidem injuriam non servando primum contractum; quia tamen secundus contractus jus personæ præcedentis extinguit utpote fortior, hinc ille secundus contractus non est objectivè malus, neque de re, quæ sine injuriâ creatoris aut salutis dispendio nequeat adimpleri, adeoque firmabilis juramento.

§. 2.

De contractibus conditionatis.

Nota 1. Quatuor affectionibus contractus modificari

ficari potest, quæ benè distinguendæ & sunt sequentes: *Conditio*, *Modus*, *Causa*, *Demonstratio*: *Conditio*, propriè dicta, prout hic accipitur, est suspensio dispositionis vel contractus in tempus futurum & eventum incertum §. sub conditione institut. de V. O. quæ communiter explicatur per particulam *si* v. g. *contraho tecum matrimonium, si Pater meus consenserit. Dixi*: In tempus futurum, nam conditio in tempus præsens vel præteritum non est propriè conditio, nec suspendit contractum, sed vel infirmat, si sit falsa vel nullo modo differt, si sit vera, *modus* est qualitas adjecta dispositioni sive est adjectio oneris, ad quod contrahentem obligare volumus, & exprimitur communiter per particulam *ut*: v. g. *dono tibi equum, ut pro me Romam tendas*; *causa* contractui apponitur quando denominatur causa ob quam contrahitur & explicatur per particulam *Quia*: v. g. *vendo tibi equum, quia es amicus meus*; *Demonstratio* est, quando exprimitur aliqua qualitas per quam determinatur res, circa quam est contractus v. g. *vendo tibi equum qui est albus*.

Nota 2. Conditiones quasdam esse *generales* sic appellatas; quia cuilibet contractui tacitè insunt et si non exprimatur: v. g. *contracto tecum, si habeas intentionem mecum contrahendi*; quasdam *speciales*, quarum quædam sunt *intrinseca*; quia scil. huic speciali contractui insunt necessariò vel ex natura contractus vel ex dispositione juris v. g. *promitto tibi matrimonium, si perfectiorem statum non elegero*; alie autem sunt *extrinseca*, sine quibus contractus subsistere potest, rursus harum quædam sunt necessariò futuræ, quædam impossibiles, quædam contingentes, quædam indifferentes, quædam turpes, ex his quædam sunt contra substantiam contractus, quædam non.

DICO:

DICO:
 Et statim
 arg sed co
 Probata
 voluntate c
 esse obligat
 gatio stat f
 ditione, c
 possibili,
 diu pende
 priè dicta
 adjicitur
 cum uterq
 expectare
 conditione
 validus, e
 veniente r
 consensus si
 vertitur, pro
 pendente co
 lic, nec eid
 est ad expect
 Q. 1. A
 cellaria?
 Re. Cont
 suspenditur
 ta defumitu
 9, ubi dicit
 modo e
 est: qui
 non conting
 tis condit
 naturali cen
 verum est,
 necessariam
 1. 2. T

DICO: *In contractibus fit obligatio sub conditione & stat stante conditione.* S. Th. in suppl. Q. 47. a. 5. arg sed contrà.

Probatur: Omnis obligatio in contractu oritur ex voluntate contrahentium; ergo si contrahentes velint esse obligati non aliter nisi eveniente conditione, obligatio stat stante conditione, ita ut contractus sub conditione, qualis est verè & propriè, quæ est de futuro, possibili, honesto & contingente, suspendatur quamdiu pendet conditio: hæc enim est vis conditionis propriè dictæ, ut ex suâ natura suspendat contractum, cui adjicitur, ita ut contractus non omnino sit nullus, cum uterque contrahens teneatur eventum conditionis expectare, nec omnino completus, quia à futurâ conditione dependet, quâ eveniente contractus est validus, etiam non renovato consensu, eâ vero non eveniente nullus est, an autem pendente conditione consensus sub conditione datus revocari possit controversatur, probabilius videtur, quod unus altero invito pendente conditione à contractu recedere non possit, nec eidem gravamen apponere, obligatio enim est ad expectandum conditionis eventum.

Q. 1. An suspendat contractum conditio necessaria?

R. Contractus sub conditione necessariâ initus nec suspenditur, nec vitatur per adjectam conditionem. Ità desumitur ex lib. 46. tit. 2. ff. de novat. L. si pupillus 9. ubi dicitur, *Qui sub conditione stipulatur, quæ omnimodo extitura est, purè videtur stipulari.* *Ratio est:* quia quod omnino extiturum est, non potest non contingere, adeoque præsens esse videtur & quia talis conditio est necessario futura, hinc in suâ causa naturali censetur esse præsens & impleta; quod tamen verum est, si contrahentes sciant esse conditionem necessariam, nam si putent illam esse contingentem,

DICO:

2. 2. *Theol. Schol. Pars posterior.* N for-

fortitur effectum conditionis contingentis, & suspendit contractum usque ad eventum conditionis; idem est si ex circumstantiis facile intelligatur: talem conditionem apponi non tanquam conditionem, sed tanquam temporis designationem v. g. contraham tecum matrimonium, si Pater meus moriatur: id est: tempore quo Pater meus fuerit mortuus.

Q. 2. Quid operatur conditio impossibilis?

R. Conditio impossibilis, quæ ut talis cognoscitur à contrahentibus, irritum reddit quemcunque contractum etiam matrimonii, si seriò & ex animo contrahens tali conditioni consensum alligaverit. *Ratio est*: quia cum contrahens non aliter velit se obligare, nisi post eventum conditionis, quam agnoscit esse impossibilem, omninò contrahere non vult. *Dixi*: si seriò & ex animo: quia quando non constat de hâc intentione, conditio impossibilis matrimonio vel ultimæ voluntati adjecta habetur pro non adjectâ, & matrimonium præsumitur esse validum ex speciali dispositione juris: ut dicitur in cap. fin. de condit. apposit. lib. 4. tit. 5. *Licet alia conditiones appositæ in matrimonio, si turpes aut impossibiles fuerint, debeant propter ejus favorem pro non adjectis haberi.*

Q. 3. An valeat contractus initus sub conditione turpi?

R. I. Omnis contractus sub conditione turpi v. g. si fœmina usum corporis dederit; si judex injustam sententiam tulerit &c. est nullus, quamdiu ista conditio est futura. *Ratio est*: quia talis contractus per se ordinatur ad peccatum tanquam finem, adeoque ipse contractus est peccatum, & ideo nulla oritur obligatio ante impletionem conditionis: cum impossibile sit aliquem obligari ad peccatum; sed conditione inhonestâ impletâ, dummodo illa sit pretio æstimabilis ob laborem, periculum, commodum, delectationem,

revera

revera cor
promissum
promissor
tantum lici
conscientia
do de quov
eie salvo ju
& in foro
positivum
contractu
trimonio
conditio
fuerit seria
tione turpi
tenitur, va
2. Con
substantiam
matrimonii
tur pro not
appos. ubi d
tam conjug
ctus quant
hae autem co
contra bonu
pugalis; ubi
turpi contra
stantia adju
pacta dotali
repugnans v
holicam,
tum est v
suppl. de r
Q. 4. C
tineat?
Exp

revera convalescit contractus in ordine ad solvendum promissum pretium v. g. assassino, meretrici &c ita ut promissor teneatur reddere, & promissarius illud non tantum licitè retinere sed etiam jure naturali & in foro conscientiae perire & exigere possit, generatim loquendo de quovis peccati genere; in peccato tamen injustitiæ salvo jure tertii & partis lætæ. *Dixi:* Jure naturæ & in foro conscientiae: quia in plerisque casibus Jus positivum resistit; excipitur ab hâc communi regula contractus matrimonii ex dispositione juris faventis matrimonio & ultimæ voluntati, hinc in matrimonio conditio turpis habetur pro non adjectâ; quare si non fuerit seria intentio dandi solum consensum sub conditione turpi, qualis intentio in foro externo non præsumitur, validum est matrimonium.

2. Contractus sub conditione turpi, quæ est contra substantiam contractus, est nullus ut per se patet, de matrimonio etiam, in quo conditio turpis aliàs habetur pro non adjectâ, constat ex cap. fin. de condit. appol. ubi declaratur: *Si conditiones contra substantiam conjugii inserantur... matrimonialis contractus quantumcunque sit favorabilis caret effectu;* hæc autem conditiones sunt vel contra bonum prolis vel contra bonum Sacramenti vel contra bonum fidei conjugalis; ubi tamen adverte: matrimonium esse nullum, si ipsi contractui matrimonii conditio repugnans substantiæ adjiciatur, alias si ante matrimonium fiant pacta dotalia, vel post illud conventio fini matrimonii repugnans v. g. in matrimonio inter hæreticum & Catholicam, ut proles in hæresi educantur; matrimonium est validum utpote absolutum, de quo latius in suppl. de matrimonio.

Q. 4. Quid operetur adjectio conditionis intrinsecæ?

R. Expressio conditionis, quæ aliàs de se inerat

contractui, non suspendit obligationem contractus, sed contractus est absolutus, quod intelligendum est, si exprimaturs tali modo, quo inerat contractui v.g. duco te in uxorem: si Deo placuerit; ubi si animus esset non ducendi, nisi Deus suam voluntatem specialiter manifestasset, matrimonii obligatio esset suspensa.

Q 5. Quid dicendum de modo contractui adjecto?

R. 1. Modus adjectus substantiæ repugnans vitiat contractum: quia quando contrahens, dum actu contrahit, vult alterum obligare ad præstandum repugnans substantiæ contractus, satis indicat, se non habere intentionem contrahendi, sine quâ contractus non subsistit.

2. Modus turpis aut impossibilis habetur pro non adjecto, specialiter in contractu matrimonii ob illius favorem: quia modus adjectus promissioni vel dispositioni est veluti accessoria pactio vel obligatio, quâ corrumpente propter impossibilitatem etiam corrumpit pactio principalis: cum principale non pendeat à suo accessorio; si tamen contrahens expressè intendat istum modum impossibilem vel inhonestum tanquam causam finalem, ita ut simpliciter nullo alio modo velit contrahere, contractus nullus est, licet ab alterâ parte modus ille inhonestus sit impletus. Ratio disparitatis quo ad hoc inter modum turpem & conditionem est: quod conditione quamvis turpi positâ & purificatâ licitum est propter opus pretio æstimabile exigere, quod in pactum deductum est: ut patet ex dictis, promissio autem sub modo: v.g. dono tibi hunc fundum, ut Petrum occidas: semper manet illicita.

3. Si modus sit licitus & possibilis talis contractus non suspenditur sed obligationem absolutè parit, imponit tamen simul alteri obligationem præstandi onus impositum: quia contractus sub modo suum esse sub-

stan-

stantiale h
quam alie
licet cum g
do facta s
nondum i
prestare;
ctus fuerit
dum vel h
vel legatu
palis, sed
onus sit i
condit. ap
servet Am
cari nequit
furnitur pre
ellet, si do
v.g. si corpe
unc non im
no disparitat
ere Ecclesia
endo.

Coactione
in contractu
nullus actus v
Dip. V. unc
per metum.

Nota 1.
rapidatio,
mandum n
stem; alius
alibus: ut
abus ab extrin
metu ab i

stantiale habet absolutum & independens à modo tanquam aliquo accessorio; ideoque absolutè obligat, licet cum gravamine alterius; hinc promissio sub modo facta statim obligat, licet promissarius modum nondum impleverit, cujus tamen debet cautionem præstare; porro si modus à legante vel donante adjectus fuerit tanquam causâ principalis movens ad donandum vel legandum, non impleto modo potest donum vel legatum revocari, secus si non fuerit causa principalis, sed donatio solum fuerit occasio, quare donatio onus sit impositum. Excipitur in cap. verum 4. de condit. appof. donatio facta Ecclesiæ sub modo v. g. ut servet Anniversarium, hæc non impleto modo revocari nequit; quia donatio principaliter facta fuisse præsumitur propter Deum in remedium peccatorum, aliud esset, si donatio facta fuisset sub conditione suspensivâ v. g. si corpus testatoris fuerit sepultum in istâ Ecclesiâ, tunc non impletâ conditione donatio esset nulla. Ratio disparitatis est: quia malitia rectoris non potest nocere Ecclesiæ in jure quæsito, benè tamen in jure quærendo.

§. 3.

De contractibus coactis.

Coactionem physicam sive violentiam propriè talem in contractum cadere non posse, patet inde, quod nullus actus voluntatus possit esse violentus de quo 1. 2. Disp. V. unde quæstio procedit de coactione morali per metum.

Nota 1. Quod metus sit instantis mali causâ mentis trepidatio, ob quam aliquid facio, vel dispono ad evitandum malum imminens, quod alias facturus non essem; alius incutitur ab intrinseco sive à causis naturalibus: ut metus mortis ex tempestate, Feris &c. alius ab extrinseco sive ab alio homine & à causâ liberâ, de metu ab intrinseco proveniente certum est, quod

contractus propter illum non fit irritus, uti etiam vota ex tali metu facta sunt valida.

Nota 2. Metus ab extrinseco adveniens aliquando injustè incussus est, sic justè incutitur, si mineris alteri denudationem patris criminis apud judicem, & contractus ex tali metu initus etiam est validus, quia fundamentum irritandi contractum ex metu est injuria, qualis hic nulla intercedit ut suppono, tota igitur quaestio remanet de metu ab extrinseco injustè incusso.

De quo

Nota 3. Metus injustè incussus alius est gravis, alius levis: levis est de malo viro constanti non timendo, undè etiam appellatur metus non cadens in constantem virum v. g. metus ne malè de te loquantur homines; gravis est de malo etiam viro constanti timendo, hic vel est absolutè talis, qui quamlibet personam movere potest; ut metus mortis, mutilationis, atrocis cruciatûs, diuturni carceris &c. sive contractanti sive personis proximè conjunctis subeundi, vel respectivè talis, qui aliquas non tamen omnes personas movere potest, ut metus in senes, puero, foemina &c. v. g. metus reverentialis erga parentes, quando imminet periculum diuturnæ offensionis, quæ Filiis est gravior quam aliis aliquod grave malum, ut igitur sciatur an metus hic & nunc incussus sit gravis, attendendum est ad malum, quod imminet, ad personam, cui metus incutitur & alium, qui incutit.

DICO: Metus, qui cadit in constantem virum, perpetuatem contractus tollit, quia potest peti restitutio in integrum. S. Th. in suppl. Q. 47. a. 3. O.

Explico: Contractus ob metum gravem injustè incussum initus est tam jure naturæ quam positivo (excepto matrimonio & professione religiosâ ac quibusdam aliis) validus, rescindi tamen potest. Si vero non ad extorquendum contractum, sed ob alium finem

metus

metus fuit incussus, non potest rescindi contractus ad arbitrium intimidati. Verum metus levis non reddit contractum rescindibilem saltem in foro externo.

1ma Pars probatur: Si contractus ex tali metu celebratus esset invalidus id esset, vel propter defectum sufficientis consensus aut voluntarii, vel propter injuriam per metum injustum alteri contrahenti illatum; non propter primum; quia quæ fiunt ex metu sunt simpliciter voluntaria & secundum quid involuntaria, undè Baptismus, etsi ex metu susceptus sit, valet. Nec propter secundum: quia injuria ad plus non obligat, quam ut metum injustum incutiens constituat intimidatum in pristinum statum, non autem ut contractus sit ipso jure irritus.

2da Partis ratio est: Quia injuria gravis parit obligationem restituendi in injuriante; sed hujusmodi restitutio fit per rescissionem contractus; ergo qui per injuriam metu contractum extorsit, tenetur ex sua parte pati rescissionem contractus. Excipitur matrimonium & religiosa professio, quia cum isti contractus sint irrevocabiles, etsi Jure naturæ forent validi, attamen Jus positivum in iis majus voluntarium & ab omni injusto & gravi metu liberum requirit, quod ab aliquibus Doctoribus etiam ad alia vota extenditur, de quibus alibi etiam ex L. 22. lib. 4. tit. 2 ff. quod metus caus. *Qui in carcerem, quem detrusit, ut aliquid ei extorqueret, quidquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est.* L. 1. §. 1. lib. 26. tit. 8. ff. de author. & conf. tut. &c. *Tutor si invitus retentus sit per vim, non valet, quod agitur.*

3tia Pars explicatur: In casu: v. g. si injustè captus à latronibus alteri istius injuriæ nequaquam complici promittis pecuniam vel matrimonium, si tibi suam operam ad libertatem vel vitam servandam commodaverit, non poteris à promissione acceptatâ impletâ conditione

resilire, eo quod proximum motivum hujus contractus non sit metus, sed comparatio indebitæ operæ ad libertatem recuperandam.

4ta Partis ratio est: Quia cum metus levis est in potestate operantis, qui eum facile repellere potest, & tamen illi acquiescit, præsumitur in foro externo omnino liberè consentire, nec ita liberè volens patitur injuriam, quæ sufficere debeat ad irritandum contractum, aliud est in dolo etiam levi quem homo ex se non potest repellere, sicut metum levem, ideoque merito contractum saltem in parte facit rescindibilem. *Dixi:* saltem in foro externo: quia in foro conscientie contractum ex metu levi rescindibilem esse multi putant, cujus hanc dant rationem: causa, quare contractus ex metu gravi initus sit rescindibilis, est, quod contineat injuriam & vim directè intentam ad extorquendum consensum contrahentis secundum quid involuntarium, hæc vero eadem causa sufficiens erit rescindendi contractum ex metu levi initum, & restituendi contrahentem intimidatum in integrum saltem quantum est de jure naturæ.

Obj. Dolus dans causam contractui illum reddit æctu nullum, ut infra videbimus; ergo etiam metus gravis injustus: cum metus & dolus æquiparentur in jure arg. cap. cum contingat 28. de jurejurando. lib. 2. tit. 24.

R. Negando consequentiam: etsi enim dolus vel metus in hoc æquiparentur, quod uterque gravem injuriam inferat, ideoque reddat lædentem obnoxium restitutioni, non tamen in omnibus conveniunt.

Ex dictis inferes 1. Parum referre, sive metus fuerit injustè incussus ab ipso contrahente sive ab alio tertio; utroque enim casu contractus est rescindibilis, & matrimonium ac professio religiosa irrita; constat hoc ex cap. veniens 13. de spons. lib. 4. tit. 1. ubi con-

sentus

sentus de
bus sed pa
15. eod. t
stat etiam
docunque
quem utiq
sed tertius
Inferes
non ad ex
finem v. s
tiens elig
ad evitar
irritum n
rum, qu
comparan
Urbis ince
gitur tanq
adversariu
primendum
metu quoa
L. Q. II.

De retr

Non sur
cum h
de qu
per pro dis
gationis e
DICO
firmat
S. Th
Explicat
tem confer
matium, ne

sensus declaratur irritus, et si neuter ex contrahentibus sed parentes metum intulerint, & cap. veniens 15. eod. t. t. in quo Pater metum intulerat. Constat etiam de voto solemnium, quod irritum est, quandoque emittitur ex metu gravi injustè incusso, quem utique non Deus, cui fit promissio per votum, sed tertius inculcere potest.

Inferes 2. Si metus injustè incussus fuerit à tertio non ad extorquendum contractum, sed ob alium finem v. g. ad sumendam vindictam, & metum patiens eligat contractum cum alio tanquam medium ad evitandum malum, quod metuit, contractum nec irritum nec irritabilem esse, sic validum est mutuum, quod contrahit Civitas vel Respublica ad comparandum lytrum dandum hosti ad avertendum Urbis incendium; contractus matrimonii, qui eligitur tanquam medium ad conciliandum potentem adversarium; emptio armorum vel annonæ ad reprimendum hostem iniquè invadentem. Plura de metu quoad matrimonium in suppl. 3. par. Disp. L. Q. II.

QUÆSTIO IV.

De retractu, vitiis & materia contractuum.

Non sumitur hic retractus speciatim prout lo- cum habet in contractu venditionis & emptio- nis, de quo Disp. sequente, sed sumitur genera- liter pro dissolutione contractus sive sublacione ob- ligationis ex contractu ortæ.

DICO I. Non semper levitatis est retractare, que prius firmata sunt, quia incertæ sunt providentiæ no- stræ. S. Th. in suppl. Q. 43. A. 3. ad 3.

Explicatur: cum obligatio ex mutuo contrahen- tium consensu orta dependeat à voluntate contra- hentium, non tantum propter impossibilitatem per-

accidens cessare potest, sed etiam tollitur tum mutuo contrahentium consensu ex R. J. 1. *Omnis res per quasunque causas nascitur, per easdem dissolvitur.* Tum aliis modis: quorum primus est novatio, quæ est prioris obligationis in aliam obligationem, sive civilem sive naturalem transfusio, vi cuius perimitur prior obligatio L. 2. ff. de Novat. lib. 46. tit. 2. Secundus est delegatio sive substitutio unius debitoris in locum alterius debitoris, qui illius obligationem in se suscipiat. Tertius compensatio quæ describitur in L. 1. ff. h. t. lib. 16. tit. 2. Debiti & crediti inter se contributio, qualiter compensatio possit fieri dictum est Disp. præced. Quartus est acceptilatio quæ est *liberatio per mutuum interrogationem, quâ utriusque contingit ab eodem nexu absolutio* L. 1. ff. de acceptilat. lib. 46. tit. 4. Quintus est solutio, qua non tam tollitur omnis obligatio per remissionem, quam per extinctionem juris.

Vitia vocantur contractuum, quæ non tam personas contrahentes aut materiam in contractum deductam, quam ipsum consensum inficiunt, quæ sunt metus, de quo Q. 3. §. 3. & error sive dolus de quo

Nota 1. Errorem in contractibus dupliciter posse contingere vel circa substantiam vel circa accidentia rei, de quâ contrahitur: circa substantiam est, si emas vitrum putans esse gemmam; circa accidentia si emas equum 10. annorum putans esse quinque, hic error si oriatur ex propriâ falsa contrahentis opinione, absolute error dicitur, si autem ex inductione alterius vel contrahentis vel extranei propriè vocatur dolus.

Nota 2. Quod error circa accidentia quandoque redundet in substantiam, & tunc error substantialis dicitur, & est, quando versatur circa objectum mo-

civum

rivum ip
existiman
motivum
Rivus Titi
consangu
deceptio
ad profes
cidentalit
motivum
seum &
professio
Nota
dentale
contractu
fi ret, al
consequen
in conerac
DICO
nditur e
proquo S.
Probatur
eandem re
essentialite
contrahens
idem est si
in substanti
putans Rom
invalidè vo
est præcisè
peregrinati
Dicitur
in circa ac
vilitas, &
lib. 4. tit.
si metu con

tivum ipsius agentis v.g. si des eleemosynam diviti existimans esse pauperem est error substantialis : quia motivum eleemosynæ est sublevatio pauperis , instituis Titium tuum heredem , qui se finxit tuum consanguineum , quem aliàs non eras instituturus deceptio erit substantialis , econtra aliquis suscipitur ad professionem qui putatur esse dives est error accidentalis : quia opulentia nec est nec esse debet motivum principale intrinsecum sed tantum extrinsecum & accidentale impulsivum susceptionis ad professionem.

Nota 3. Errorem tam substantialem quam accidentalem alium esse antecedentem , qui dat causam contractui , ita ut contractus absente tali errore non fieret , alium incidentem vel concomitantem vel consequentem , qui non dedit causam contractui , ita ut contractus initus fuisset , etsi talis error abfuisset.

DICO 2. *Si in re quaesita propter se esset error , impediretur contractus , sicut si alicui venderetur asinus pro equo S. Th. in suppl. Q. §1. A. 2. ad 7.*

Probatum : non potest esse contractus nisi ad sit in eandem rem plurimum consensus : quia contractus est essentialiter pactum sive consensus duorum in idem ; contrahens deceptus vero in aliam rem consentit : idem est si sit error circa accidentia , qui redundat in substantiam , simile est : qui vovit ire Romam putans Romam tantum tribus diebus hinc distare , invalidè vovit , quia motivum & materia voti non est præcisè Roma sed via Romana & trium dierum peregrinatio.

Dictum est : in re quaesita propter se : quia si sit error circa accidentia , non est contractus irritus , sed validus , attamen rescindibilis , ita sumitur ex §. 1. lib. 4. tit. 13. instit. de exceptionibus : ubi dicitur : *Si metu coactus aut dolo inductus , aut errore lapsus stipulanti*

stipulanti Titio promisisti, quod non debueras promittere, palam est jure civili te obligatum esse: & actio, quâ intenditur dare te oportere efficax est, sed iniquum est te condemnari. Ideoque datur tibi exceptio, quod metus causa vel doli mali; sed si contractus, cui dolo vel error dedit causam, esset jure naturali vel civili nullus, non pareret obligationem vel actionem civilem; ergo, Adde: quamdiu salvatur consensus in substantiam rei, de quâ contrahitur, tamdiu salvatur substantia contractus, ideoque decipiens tenetur stare contractui, si deceptus velit, quod non esset, si contractus nullam induxisset obligationem.

Nec obstat Jus civile l. & eleganter 7. ff. de dolo malo, lib. 4. tit. 3. & L. 3. ff. pro socio, lib. 17. tit. 2. quibus locis dicitur: bonæ fidei contractus dolo malo initos ipso jure esse irritos & nullius momenti; cum autem in jure Canonico & foro conscientie nullum sit discrimen, inter contractus bonæ fidei & stricti juris, ideo sequi videatur: omnes contractus cum tali dolo initos quoad forum conscientie invalidos esse.

Nam & cum Glossâ in cit. §. 1. instit. de exceptionibus tales contractus bonæ fidei ipso jure irritos esse vel nullius momenti, non secundum suam substantiam, sed secundum effectum: quia Judicis auctoritate rescindi debent, etiam cum restitutione fructuum parti deceptæ, sicut de metu extortis disponitur in cap. 2. de iis, quæ vi metusvè &c. & rei vindicatione contra quemcunque, ac si res semper in dominio decepti permanisset, & contractus ab initio irriti fuissent.

Dices: naturalis æquitas non patitur, ut aliquis per injuriam jus & actionem consequatur; hæc autem consequeretur decipiens, si contractus tales valerent.

¶ D
 tuo con
 suo: ex h
 ceptione
 Hæc
 ipsius dec
 pam alte
 di contr
 nondum
 traditio
 contra
 Sta not
 matrim
 periat h
 fer, non
 dicendur
 sit integr
 sit compl
 cidentale
 la, quia
 contrahe
 tionem re
 statu, sec
 tendum ta
 fuerit indi
 possit alter
 ti minoris
 ducatur a
 hatur, q
 dum æsti
 re causa,
 sus illum
 gentis.
 Circa
 dentalis a

R. Decipientem jus & actionem consequi ex mutuo consensu substantiali: non ex injuriâ & dolo suo: ex hoc enim est obligatus, ut facta à decepto exceptione contractum rescindi patiatur.

Hæc ià vera sunt, de errore accidentali orto ex ipsius decepti falsâ opinione, vel à tertio citrà culpam alterius contrahentis inducto, & possit rescindi contractus, si res adhuc sit integra, & contractus nondum sit completus saltem ex parte decepti per rei traditionem. *Ratio est:* quia obligatio implendi contractum suspenditur, si res in contractum deducta notabiliter inveniatur mutata, sic qui promisit matrimonium nullo dolo inductus, si postea comperiat subesse vitium, quo cognito non contraxisset, non est obligatus implere sponsalia, ergo idem dicendum videtur de aliis contractibus; *Dixi:* si res sit integra: nam si contractus per traditionem rei sit completus, nequit rescindi propter errorem accidentalem, cujus alter contrahentium non fuit causa, quia idè datur locus rescissioni, quod alter contrahentium ratione deceptionis habeat obligationem restituendi & ponendi deceptum in pristino statu, sed hæc deceptio abest in nostro casu, fatendum tamen est, quod deceptus (licet deceptio fuerit inducta absque dolo alterius contrahentis) possit alteri contrahenti intentare actionem, quanti minoris. Id est in judicio petere, ut contractus reducatur ad æqualitatem & de pretio tantum detrahatur, quanto minoris res empta ob vitium detectum æstimatur, aut si tertius deceptor erroris fuerit causa, potest deceptus instituere actionem adversus illum ad interesse lucri cessantis & damni emergentis.

Circà dolum addendum est, quod dolus accidentalis antecedens inductus ab altero contrahentium

tium decepto det facultatem pro libitu contractum rescindendi, si contractus ex sua natura sit solubilis. Probatum ex L. si dolo §. lib. 4. tit. 44. Cod. de rescind. vendit. ubi dicitur: *Si dolo adversarii deceptum venditionem predii te fecisse preses Provincia aditus animadvertent. Sciens contrarium esse dolum bonæ fidei. . . rescindi venditionem jubebit. Et ratio est: quia qui est passus injuriam, justè petit restitutionem pro injuria & damnis inde secutis; at qui deceptus in hoc casu patitur injuriam ob dolum malum, & pro illâ aliter non potest fieri restitutio, quam si rescisso contractu contrahens deceptus ponatur in pristino statu re alienata cum fructibus redita & compensatis damnis inde secutis; ergo deceptus justè petit rescissionem contractus, quod si deceptus velit stare contractui, nihilominus deceptor obligatur ad restituendum excessum pretii. Dixi: si contractus ex natura sua sit solubilis, ad excipiendum contractum matrimonii & Religiosæ Professionis, in quibus dolus accidentalis nihil juvat ad rescindendum contractum propter contractus insolubilitatem.*

DICO 3. *In quolibet contractu hoc universaliter tenetur, quod ille, qui est impotens ad solvendum aliquid, non reputatur idoneus ad contractum illum, quo se obligat ad ejus solutionem. S. Th. in suppl. Q. 58. A. 1. ad 4.*

Probatum: quia impossibile nulla est obligatio, & implicat aliquem obligari ex justitia vel Præcepto alterius virtutis ad id, quod nullo modo vel saltem justè & licitè fieri non potest; ergo contractus validi materia nequit esse quid impossibile, vel de facto, vel de jure, quale est omne illicitum.

Ex eodem fundamento debet contrahens habere potestatem disponendi de illâ re, super quâ contrahit:

hit: quia
omnis aut
aliquam ve
illud; & c
aliquo mo
dominium
ad eò ut nu
fr esse vali
us etiam
esse aliqu
nam parit
de accipi

D

Post con
& con
occurrit en
roduxit ob
cienter su
quis re, qu
it, tradere
omnia erga
rem regulari
debet venci
nem vel ob
nem suam v
ponis aut be
tendenda
re suâ, c
nitione re
bus, ut n
eam ad co
aliquis à pu

hit:

hit: quia nullus potest dare alteri, quod non habet; omnis autem validè contrahens dat alteri jus ad rem aliquam vel actionem; ergo ipse debet habere jus illud; & consequenter non debet esse alienum, sed aliquo modo scil. vero vel præsumpto titulo quoad dominium directum vel utile proprium alienanti, adeò ut nullus contractus de re simpliciter aliena possit esse validus, vi cujus transferatur dominium vel jus etiam imperfectum in accipientem, licet possit esse aliquo modo validus secundum quid, in quantum parit danti obligationem indemnifandi bonâ fide accipientem rem alienam.

DISPUTATIO XXXI.

De emptione & venditione.

Post contractus in genere primò nominatissimus & communissimus inter contractus onerosos occurrit emptio & venditio, quem jus gentium introduxit ob necessitatem, cui aliis contractibus sufficienter succurri non potest; cum sæpè indigeat quis re, qui alteri rem vicissim, quæ ipsi commoda sit, tradere non possit, unde generalis quædam pecuniæ ergà mercem permutatio inventa est, licet autem regulariter nemo alterius necessitati succurrere debeat vendendo, aliquando tamen vel ob communem vel ob privatam causam vendere debet aliquis rem suam v.g. tempore famis, ob exigentiam Religionis aut boni communis ad struendam Ecclesiam, extendendam viam publicam, ut alius privatus possit uti re suâ, quæ alias ipsi foret inutilis, aut si ex communione rei oriatur contentio in his & similibus casibus, ut necessitati vel publicæ utilitati consulatur etiam ad contractum emptionis & venditionis potest aliquis à publica potestate cogi.

QUÆ-